

363
R. Rev. Henrico Florenio Petri Zimmermanni S.P. de die 1639.
Cum D. Conradus Bergius sit Professor Scholae et theses per
289
cum librorum aliquot suspectorum syllabo tanquam Professor
Scholae edat, et non Ecclesiasticis sed Scholasticis auditoribus
proponat, vel coecus palpare poterit, hoc negotium pri-
maris Scholam hujus civitatis concernere, atque requirere,
ut suam auctoritatem interponat is, cui nuper rime
ab Amplissimo Senatu cura rerum Scholasticarum con-
missa est, ita ut, quod collapsum est, reparet, quod san-
ctum, sanet, quod noxium, abigat. Quare si Clarissimus
Dominus Rector officio suo satisficere, conscientia sua
consulere, juventutis rationem habere, velit, necesse
habet, ut sua sponte, non aliorum, sed suo nomine autho-
ritate thesium et syllabi admoneat de suppressione, imo
non solum admoneat, sed omnem lapidem moveat, ut
ejusmodi perniciorum menses in herba supprimatur,
principis enim obstandum est, et raro medicina paratur,
cum mala per longas invaluere moras. Interim ne
in Schola ad Ecclesias nostras hoc venenum transvolet,
nos etiam, quod officii nostri erit, non obliviscemur,
sed pro viribus Domini Rectoris incensatum opus adjuvabi-
mus nostris precibus et consiliis. Vale in Domino. 7. Sept.
1639
Reverendo Dno Henrico Florenio Petrus Zimmermannus
suo Compatri

290.
Nobilissimo Rustorfio H. Altingius Sal. à Dno.
Vir Nobilissime, Amplissime Domine; quod inter alias cu-
ras publicas, quae te urgent, religionis orthodoxae passim
neglectae et squalentis negotium ad animum revocas,
pietatis est tua non erubescens Christum etiam sub
cruce. Salivam tibi moverat lectio cursoria diserta-
tionis nostrae de Syncretismo, cujus plenum gustum
ut tibi exhibeam, mitto exemplum ejus ex autographo
sine vitio descriptum, una cum ejusdem generis addi-
tamentis duobus. Subjuxissem etiam exegeticae logicae
& Theologicae in totam Augustanam Confessionem
Heidelberga jam ante annos XX. publicè traditam, nisi
majoris operis visa fuisset. Ex his faulde periculis, non
modo, quo loco Augustanam Confessionem habeam, quidve